



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancta Paupertas Religiosorum propria sine proprio Propugnata

Wissingh, Anton

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Censura Theologica II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49625)

oculis agris odiosa sit lux, quæ puris est amabilis.
 Ex illorum ergo volens esse numero, iudico, &
 ut præsens dilucidatum tamquam rectæ menti
 conforme, publicam per typographum lucem
 aspiciat, sententio. Colonia, die 24. Martij, 1700.

Fr. *Celestinus à S. Henrico* Ordinis
Fratrum Beatissima Dei Geni-
trici ac semper Virginis MA-
RIÆ, de Monte Carmelo, per
Germaniam inferiorem humilis
Prior Provincialis, quondam
Ss. Theologia Lector. M. P.

Idem & ego, singula attentè expendens, sentio.

Fr. *Alexander à S. Bertholdo,*
Adm. R. P. Provincialis Assi-
stens, olim Ss. Theologia Lector,
ac Prior. M. P.

Censura Theologica

II.

PRæsens Scriptum (*S. Paupertas propugna-*
ta, intitulatum) ab Adm. Reverendo, &
 Eximio *P. Antonio Wiffingh* S. Ordinis P. P.
 Minorum Conventualium *S. Francisci, Provin-*
 ciz

tiæ Coloniensis Provinciali Ministro, & Ss. Theologiae Doctore, non minore studio, quàm zelo pro tuenda observantia S. Urbanarum Constitutionum (quibus Ordo prædictus jurejurando adstringitur) elaboratum attentè legi; textus ex antè memoratis Constitutionibus productos contuli cum suo Autographo; rationes exinde deductas pro merito ponderavi: & in veritate comperi, Authorem illius nedum in referendis textibus fidelem per omnia sese exhibuisse, sed etiam in propugnando eorum sensu legitimo doctissimum, ac discretissimum Zelatorem; atque in expugnandis futilibus ratiunculis illorum, qui fortassis agnitam veritatem impugnare non verentur, strenuum pro Deo, & pro lege Agonòtheram. Quod ut palam fiat omnibus, judico scriptum istud typi beneficiò posse propalari. Dabam; Colonia in Conventu nostro SS. Josephi, & Teresiae, die 17. Martij, 1700.

Fr. Lucas à S. Gerardo Carmelita Discalceatus, Exprovincialis, Prior Colonia, olim Ss. Theologiae Lector. M. P.